Universitätsbibliothek Paderborn

Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici

Leoni, Giovanni Francesco

Coloniae Agrippinae, 1682

59 Eadem de causa Lazarus ad ritam fuit revocatus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10316

Visual Library

& lugubre admodum ſpectaculum eſſe
cum cadaver intuemur exangue, immo-
bile, fœtidum, eſcam paulò poſt vermi-
bus futurum, quod paulò ante animatum,
mobile, agile, & ad omnia operanda
idoneum videbamus: ideo non vitio dan-
dum, ſi propinquorum, aliorumve, quos
diligimus, mortem doleamus, cùm pro-
pter pietatem mortuos lugere non pro-
hibeamur, & nobis in hac re manifeſta
tradita fuerint exempla à ſanctiſſimis vi-
ris compluribus, quos in ſacris litteris
amicorum, & propinquorum mortem
doluiſſe, & ploraſſe, legamus. *cap. ubi-
cunque*, §. *hac autem*, & ibi gloſſ. *in fin.*
q. 13

55 Fili, † inquit Eccleſiaſtes, in mortuum,
produc lacrymas, & quaſi dira paſſus,
incipe plorare, & ſecundum judicium
contege corpus illius, & non deſpicias
ſepulturam ejus, Idem Eccleſ. *cap.* 38,
num. 16, & ſuprà mortuum plora, deficit
enim lux ejus, *idem eccleſiaſt. cap.*
22.

56 Ideò † lugebat populus Iſraëliticus
Moyſen diuturno 30, dierum planctu,
Deut. cap. ult, circ. fin. obitum Saulis,
ita Rex David eſt contriſtatus, ut æter-
nam poſteritati ſanctæ in hoſtem chari
tatis memoriam reliquerit 2. *Reg. cap.* 1.
idem ſuper tumulum Abner lacryma-
rum vim maximam fudit, *ibid. c.* 3. *circ.
fin.* in morte verò Abſalonis, quos ejula-
tus emiſerit, teſtatur ſcriptura, *ibidem
cap.* 18. & 19.

57 Commendata fuit Reſphæ † concubi-
næ pietas, ob pium in cadaver Saulis
officium præſtitum, *ibidem cap.* 21, *circa
med.* longo fletu ſepulturæ traditus fuit
Iudas Machabæus ab univerſo populo,
& multos dies poſt lugubri planctu miſe-
randum tanti viri interitum deplorabant,
58 1, *Machab. c.* 9. *cir. med.* & unicus † viduæ
filius adoleſcens vita functus ad matris
fletum fuit à Chriſto à mortuis excitatus,
Lucæ cap. 7, ac una cum Marthia, & Mag-
59 dalena ſororibus † lacrymatus Jeſus ad
ſepulcrum Lazari fuit viſus lacrymari,
Ioan. cap. 11, qui tamen non flevit Laza-
rum mortuum, ſed ad vitæ hujus ploravit
ærumnas reſuſcitandum, *cap. qui divina*
13, *quæſt.* 2, & Durand. *de mod. gen. conc.
celebr. rubr.* 6, *nu.* 2, Cœterum, ſi in
hujuſmodi fletibus, ac lacrymis, mo-
dum excedemus, non mediocrem vitu-
perationis notam nobis ipſis incurri-
mus.

60 Hinc † Eccleſiaſtes, cap. 22, Modi-
cum inquit plora ſuper mortuum, quo-
niam requievit. Ideò eorum mos maxi-
mè eſt improbandus, qui putant nobilio-
rem defuncto honorem præſtari, quo
altiores ejulatus emittuntur, vel luctus
per dies multos fit productior. Vnde D.
61 Ioan. Chryſoſt. † honor, inquit, mortuo
non eſt fletus, nec ejulatus, ſed hymni,
pſalmi, & optima, & tamen pluribus in
locis ante publicationem ſacri conc.
62 Trid. uſu receptum vidi, † quod defun-
cti ædes, univerſa vicinia, & familia con-
flebat, ubi circum cadaver maximo cũ
clamore, & ejulatu circunſtabat, & de-
inde illud in eccleſiam mulieres præcipuè
linteo oblongo capite contectæ lugubri
planctu altis vocibus clamando, & flendo
comitabantur, ubi depoſito feretro, dum
per ſacerdotes juſta de more fiunt defun-
cto clamores, & planctus cum ſacerdo-
tum cantu permiſti continuabant, uſque
dum cadaver ſepulcro conderetur, cri-
nes